

“SAI VINCERE, ANNIBALE, MA NON SAI SFRUTTARE LA VITTORIA”  
[Livio]

Hannibali victori cum ceteri circumfusi gratularentur suaderentque ut, tanto perfunctus bello, diei quod reliquum esset noctisque insequentis quietem et ipse sibi sumeret et fessis daret militibus, Maharbal praefectus equitum minime cessandum ratus, “Immo, ut quid hac pugna sit actum scias, die quinto” inquit “victor in Capitolio epulaberis. Sequere; cum equite, ut prius venisse quam venturum sciant, praecedam.” Hannibali nimis laeta res est visa maiorque quam ut eam statim capere animo posset. Itaque voluntatem se laudare Maharbalis ait; ad consilium pensandum temporis opus esse. Tum Maharbal: “Non omnia nimirum eidem di dedere: vincere scis, Hannibal, victoria uti nescis.” Mora eius diei satis creditur saluti fuisse urbi atque imperio.

#### ULTIMATUM DI CESARE AD ARIOVISTO [Cesare]

Ad Ariovistum Caesar legatos cum his mandatis mittit: quoniam tanto suo populi que Romani beneficio adfectus, hanc sibi populo que Romano gratiam referret ut, in conloquium venire invitatus, gravaretur neque de communi re dicendum sibi et cognoscendum putaret, haec esse quae ab eo postularet: primum, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret; deinde obsides quos haberet ab Haeduis redderet; neve Haeduos iniuria lacesseret neve his sociisque eorum bellum inferret. Si ita fecisset, sibi populo que Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram; si non impetraret, se Haeduorum iniurias non neglecturum. Ad haec Ariovistus respondit: ius esse belli ut qui vicissent iis quos vicissent quem ad modum vellent imperarent. Item populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse. Haeduos sibi, quoniam belli fortunam temptassent et armis congressi ac superati essent, stipendiarios esse factos. Haeduis se obsides redditurum non esse. Quod sibi Caesar denuntiaret se Haeduorum iniurias non neglecturum, neminem secum sine sua pernicie contendisse. Cum vellet, congredere tur: intellecturum quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, virtute possent.

### **332** Prodigî verificatisi prima della partenza di Mancino per la Spagna

Flamini autem praecipitem audaciam<sup>1</sup> Caii Hostilii Mancini vaesana perseverantia subsequitur. Cui consuli in Hispaniam ituro, haec prodigia acciderunt: cum Lavinii sacrificium facere vellet, pulli, cavea emissi, in proximam silvam fugerunt summaque diligentia quaesiti reperiri nequiverunt. Cum ab Herculis portu, quo pedibus pervenerat, navem conscenderet, talis vox sine ullo auctore ad aures eius pervenit, «Mancine, mane». Qua territus, cum itinere converso Genuam petisset et ibi scapham esset ingressus, anguis eximiae magnitudinis visus e conspectu abiit. Ergo prodigiorum numerum aequavit numero calamitatum, quae fuerunt: infelix pugna, turpe foedus et deditio funesta.

(DA VALERIO MASSIMO)

<sup>1</sup> Si riferisce all'episodio narrato nelle righe precedenti ed avente come protagonista il console Caio Flamino.

### **333** Mutevolezza delle opinioni della folla

Confecta caede<sup>1</sup>, cum ad visendum multitudo Dionis domum introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato Dionem interfectum esse, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi, falsa suspitione ducti, immerentes ut sceleratos occidunt. Cum eius mortis nuntius vulgatus esset, mirabiliter vulgi mutata est voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitaverant, eidem liberatorem patriae tyrannique expulsorem praedicabant. Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine ab Acherunte, si possent, cuperent redimere. Itaque in urbe celeberrimo loco, elatus publice, sepulcri monumento donatus est. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus<sup>2</sup>, quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

(DA CORNELIO NEPOTE)

<sup>1</sup> Si allude all'uccisione di Dione, parente del tiranno Dionisio di Siracusa.  
<sup>2</sup> *circiter annos quinquaginta quinque natus* = all'età di circa 55 anni.

## 270 Una vittoria di Datame

Erat eo tempore Thuys dynastes Paphlagoniae, antiquo genere, ortus (= *discendente*) a Pylaemene illo, quem Homerus Troico bello a Patroclo interfectum esse<sup>1</sup> ait. Is regis<sup>2</sup> dicto non parebat. Quam ob causam rex bello eum persequi constituit eique rei praefecit Datamen, propinquum Paphlagonis; namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob causam Datames primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem cum venisset sine praesidio, quod ab amico nullas vereretur<sup>3</sup> insidias, paene interiit; nam Thuys eum clam interficere (da *interficio*) voluit. Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis. Ea filium monuit. Ille fuga periculum evitavit bellumque indixit Thuyni; vivum Thuyn cepit cum uxore et liberis.

(DA CORNELIO NEPOTE)

<sup>1</sup> *interfectum esse*: in realtà Pilemene fu ucciso da Menelao.

<sup>2</sup> *regis*: è il re Artaserse.

<sup>3</sup> *vereretur*: trad. con l'indicativo.

## 181 Vicende dell'ultimo anno della guerra di Troia

▼▼▼ Voci verbali passive

Agamemnon Briseidam, Brisae sacerdotis filiam, quam Achilles ceperat captivam ex Moesia propter formae dignitatem, ab Achille abduxit eo tempore quo Chryseida Chrysi sacerdoti Apollinis Zminthei reddidit; quam ob iram Achilles in proelium non procedebat, sed cithara in tabernaculo se exercebat. Cum Argivi ab Hectore fugarentur, Achilles Patroclo arma sua tradidit, quibus ab illo Troiani fugati sunt et Sarpedo, Iovis et Europae filius, occisus est. Postea ipse Patroclus ab Hectore interficitur armaque eius detracta sunt. Achilles cum Agamemnone redit in gratiam<sup>1</sup>, Briseidamque ei reddidit. Tum contra Hectorem cum inermis processisset, Thetis mater a Vulcano arma ei impetravit, quae Nereides per mare attulerunt<sup>2</sup>. Quibus armis ille Hectorem occidit astrictumque<sup>3</sup> ad currum traxit circa muros Troianorum et recusavit eum patri dare ad sepulturam. Tum Priamus, Iovis iussu, in castra Danaorum venit et filii corpus auro redemit.

(DA IGINO)

## Vita di Annibale

### 1. *Valore di Annibale*

(1)

Prima di dare inizio alla narrazione della vita di Annibale, l'autore, per così dire, fa una premessa: Annibale fu più grande di tutti i generali romani che incontrò, ma nel suo complesso il popolo romano, per il suo valore e per la sua tenacia, fu superiore non solo al popolo cartaginese, ma a tutti i popoli dell'antichità.

- 1 **1. Hannibal, Hamilcaris filius, Carthaginensis.** Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit, non est infitiandum Hannibalem tanto praestitisse ceteros imperatores prudentia,
- 2 quanto populus Romanus antecedit fortitudine cunctas nationes. Nam quotienscumque cum eo congressus est in Italia semper discessit superior. Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset, Romanos videtur superare potuisse. Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem.
- 3 **Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos sic conservavit, ut prius animam quam id deposuerit, qui quidem, cum patria pulsus esset et alienarum opum indigeret, numquam destiterit animo bellare cum Romanis.**